



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 8. Legati sub sermone cum ceteris ad Sacristiam recedentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

§. VIII.

Sæc. XVI.

A.C. 1563.

Legati sub sermone cum ceteris ad ~~██████████~~
Sacrificiam recedentes.

E quidem Muglitzius, & Dracovitus, *Pallav. c. 8.*
qui tanquam primi Oratores Eccle- *um. 8.*
siaftici Legatis proximi confidebant, *Mem. pour*
nullum non movebant lapidem, ut ani- *le Conc. du*
mos placarent: denique cum concio *Tsente dans*
recitato sacro Evangelio inchoanda *I. Juill.*
eslet, ac secreta indignatio in genera- *pag. 453.*
lem strepitum degenerans per totam Ec-
clesiam resonaret, Præsides in Sacra-
rium se contulerunt unacum duobus
Cardinalibus Lotharingio, & Madrutto,
necnon Cæsariorum & Poloniæ Regis Ora-
toribus. Tum Lotharingius acciri vo-
luit Ferrerium Archiepiscopum Seno-
nensem, & Episcopum Aurelianensem,
qui ad illum locum convenerunt una-
cum Guerrero Granatensi Archiepiscopo,
qui eis retulit, se fuisse cum Comite
Lunensi collocutum, hunc vero op-
tare, ut mandata Pontificis execu-
tioni darentur, cum eis omnino insistere
vellet. Nihilominus Legati, cum ex
eodem Guerrero percepissent, quod Co-
mes amicitiam cum Gallis abrumpere
a Rege Catholico prohibitus fuisset, hinc
censebant, cautius esse procedendum,
ne Synodus dissolveretur, ac simul ho-
nor

Sæcul. XVI. nor, & supremi Pontificis dignitas illæsa
A.C. 1563. servaretur.

§. IX.

Galli suæ opinioni pertinaciter infestentes, ac cedere renuentes.

Ex altera parte, cum Galli sua oppositione, ac minis continuato fervore tumultuarentur, Legati nil intentatum relinquebant, ut illos placarent: unde Moronus illis fidem fecerat, quod ipsorum jura nequaquam hac in occasione essent violata, cum jam ad Synodi initium non modo fuisset sanctum, quod quisunque sedendi ordo nullius juri quicquam deroget, sed insuper etiam per privatam epistolam a Pontifice declaratum, quod Hispaniæ Regis Orator, ut aliis cedat, invitus cogi non posset, ac aliunde Galli, cum jam antea consensissent, ut hic extra ordinem federet, pariter consentire valerent, ut eidem incensum, & pacis osculum extra ordinem ac præter morem adhiberetur. (*) reponebant tamen Galli, quod inter Franciæ, & Hispaniæ Ora-tores honoris æqualitatem poni, ne quaquam permittere valerent, si vero utriusque incensum, pacisque osculum eodem

10. (*) Ex hac ratione manifeste elucet quærendi causam fuisse quæsitudinem, non datam.